Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich).

Quelle:
Copyright:

B 7.3

Sermones varii.

175a – 260b

3.

Cetera, quæ in hoc codice hinc inde reperiuntur, sermones sunt varii, tam de tempore, quam de sanctis, et aliis materiis; certe non unius authoris, sed undequaque coarasi.

Cod: CCXC.

membr: 4. sæc: 14. 8° 15.

B 7.5

1.

Martini Poloni sermon: de temp: et de sanctis.

1a – 263b

Martini Poloni sermones, de tempore, et de sanctis. Rubrica est: "Incipit opus de tempore fratris martini ordinis predicatorum penitentiarii dõ pape et archiepiscopi Gnesensis ecclesie". Sermo primus de adventu incipit: "Scientes quia hora est jam nos &c: hic apostolus hortatur surgere a somno". Sermo primus de sanctis agit de S. Andrea, et incipit: "Ore confessio fit ad salutem ro. X. secundum triplicem hominis statum". Hi sermones sunt tam de epistolis, quam de evangeliis, et plerumque de quavis festivitate plures.

Martinus Strepus, Oppavienſis, cognomine Polonus, Ord: Praedic: plurium Pontificum major pœnitentiarius ac Archiepiscop. Gnesensis obiit: 1278. Conscripsit Chronicon, quo magnum sibi comparavit nomen, et a quibusdam primus author habetur decantatæ fabulæ de Joanna papissa. Vide de his Quetif Script: Ord: Praed: T. I. p: 361 sqq. et quos laudat. Fabric: in Bibl: m: et i: lat: T. V. p: 41. sqq.

B 7.4